

nexa Papatui, nec potest eam Papa separare ab officio Summi Pontificis, nec potest privare successorem illa potestate, quia non potest esse sequens Summus Pontifex minor præcessore suo: et si unus Pontifex dedisset hanc potestateim, vel nulla esset tallis collatio, vel sequens Pontifex posset auferre.

5. Papa habet potestatem temporalem in ordine ad spiritualia.

5. Tertia propositio: *Papa \* habet potestatem temporaem in ordini ad spiritualia, id est quantum necesse est ad administrationem rerum spiritualium.* Hæc etiam est Turrecrem. ubi supra cap. 114. et est omnium Doctorum. Et probatur quia ars, ad quam pertinet finis superior, est imperativa, et præceptiva artium ad quas spectant fines inferiores ut habetur 1. Ethicor. Sed finis potestatis spiritualis est ultima fœlicitas, finis autem potestatis civiles est fœlicitas politica: ergo potestas temporalis est subjecta spirituali. Et hac ratione utitur Innocen. in cap. *Solicitæ de majori, et obedien.* Et confirmatur, quia cui commisa est cura alicujus officii intelliguntur concessa omnia sine quibus officium recte expediri non potest, de *officio deleg.* cap. 1. Cum ergo ex commissione Christi Papa sit Pastor spiritualis; et hoc officium impediri possit per potestatem civilem, cum Deus, et natura non deficiant in necessariis: non est dubitandum quin fuerit ei relicta potestas in temporalibus

que, debiendo en tal caso ser esta facultad aneja al Papado, no podría el Sumo Pontífice separarla de su cargo de Jefe de la Iglesia, ni transmitirla disminuida a sus sucesores, pues no podría el Papa posterior hallarse con menos derechos que su predecesor. Así, si un Pontífice cediera tal potestad, o sería nula tal cedición, o podría anularla el que le sucediere.

5. *Tercera proposición.* Es ésta: *el Papa sólo tiene potestad temporal en orden a lo espiritual, esto es, en lo que importa a la administración de las cosas espirituales.* Esta es la doctrina de Torquemada (lugar antes citado, capítulo CXIV) y de todos los Doctores. Y la prueba de ello está en que el arte, que pertenece al fin superior, es imperativa y preceptiva con respecto a las otras partes que atañen a los fines inferiores, según se indica en la I de la *Etica* de Aristóteles. Y puesto que el fin de la potestad espiritual es la felicidad última y eterna, y el fin de la potestad civil es sólo la felicidad política y temporal y terrena, en este sentido y forma la potestad civil está sometida a la potestad espiritual. Este razonamiento emplea Inocencio en el capítulo *Solicitae*, título *De majori et obedientiae* (Decretales, I, 33, 6). Y se confirma por el hecho que aquel a quien se le ha encargado el cuidado de algún oficio se entiende que con ello se le han otorgado con éste todas las cosas, sin las cuales no podría funcionar en tal cargo, *De officio delegati*, capítulo I (Decretales, I, 29, 1). Y como el Papa, por mandato de Cristo, es Pastor espiritual, y este oficio no puede ser impedido ni estorbado por el poder civil, dificultando la obra de Dios y de la naturaleza, no cabe duda en que se dió al Papa facultad en las cosas temporales, en

5. El Papa tiene potestad temporal para las cosas espirituales.

quantum necesse est ad gubernationem spiritualium.

Et hac ratione potest Papa infringere leges civiles, quæ sunt nutritivæ peccatorum, sicut infregit leges de præscriptione malæ fidei, ut patet de *Præscript.* cap. fin. Et hac etiam ratione discordantibus, Principiis de jure aliqui-jus principatus, et in bella ruentibus, potest esse Judex, et cognoscere de jure partium, et sententiam ferre, quam tenentur recipere Principes, ne scilicet eveniant tot mala spiritualia, quod ex bello inter Principes Christianorum necesse est oriri. Et licet hoc vel non faciat Papa, vel non sæpe faciat, hoc non est, quia non potest, ut dicit dominus Durand. sed quia timet scandalum, ne Principes putent hoc facere per ambitionem, vel veritus rebellionem Principum a Sede Apostolica. Et hac ipsa ratione potest aliquando Reges deponere, et etiam novos constituere, sicut aliquando factum est. Et certe nullus legitime Christianus deberet negare hanc potestatem Papæ. Et ita tenet Palud. et Durand. de Potestate Eccles. et Henric. Gand. quotlibet. 6. art. 23. et ad hunc sensum intelligenda sunt jura, quæ dicunt Papam habere utrumque gladium, quæ multa sunt. Et Doctores antiquiores, hoc dicunt, sicut etiam S. Thom. in 1. Sententiar. ut citatum est.

Imo non dubito quin Episcopi habeant hoc

cuanto sea indispensable para el gobierno de las espirituales.

Y por esta razón puede el Papa infringir y mandar infringir las leyes civiles que sean fomento de pecado, como hizo con las torpes edictadas acerca la prescripción de mala fe, según resulta del título *De prescriptione*, capítulo final (Decretales, 2, 26, 20). Y por esta razón, cuando los Príncipes se hallan en discordia acerca los derechos de sus soberanías y van a llegar por ello a la guerra, puede el Papa ser su Juez y conocer acerca el derecho de las partes y dar su sentencia, que han de aceptar los Príncipes para evitar los daños espirituales que habrían de producirse al estallar la guerra entre soberanos cristianos. Y si el Papa no hace esto, o no lo hace frecuentemente, no es porque no pueda, según afirma el Maestro Durando, sino para evitar el escándalo, y en el recelo de que sospechen los Príncipes le mueva en ello su ambición propia y también el temor que con este pretexto se rebelara alguno contra la Sede Apostólica. Y por esta misma razón pueden los Papas deponer algunas veces a los Reyes y también nombrar otros nuevos en su lugar, como en varias ocasiones lo han verificado. Y, ciertamente, ningún verdadero Cristiano puede negar al Papa esta facultad. Así piensan Paludano y Durando, éste en el libro *De potestate ecclesiastica*, y Enrique Gandavense (*Quod libeta*, 6, art. 23). En este sentido debe entenderse lo del derecho a una y otra espada, y las varias aplicaciones que hacen de él los Doctores más antiguos, como asimismo Santo Tomás en el Libro de las Sentencias antes citado.

Además, no hay duda de que los Obispos

modo authoritatem temporalem in suo Episcopatu eadem ratione, qua Papa in orbe. Unde male dicunt, et male faciunt, vel Principes, vel Magistratus, qui contendunt impedire Episcopos, ne coerceant seculares a peccatis per poenas pecuniarias, aut exilium, aut alias poenas temporales. Hoc enim non est supra potestatem eorum, modo non faciant ex avaritia, et ad quæstum, sed ad necessitatem, et commodum rerum spiritualium. Et ex hoc loco iterum sumitur argumentum pro prima conclusione: si enim Papa esset dominus orbis, etiam Episcopus esset Dominus temporalis in suo Episcopatu, quia etiam in suo Episcopatu est Vicarius Christi: quod tamen adversarii negant.

6. Papa nullam potestatem temporalem habet in barbaros Indos, neque in alios infideles.

6. Quarta conclusio: *Papa \* nullam potestatem temporalem habet in barbaros istos, nequi in alios infideles.* Hæc patet ex 1. et 3. Nam non habet potestatem temporalem, nisi in ordine ad spiritualia: sed non habet potestatem spiritualem in illos, ut patet 1. Corint. 5. ergo nec temporalem.

7. Barbari si nolint recognoscere dominium aliquod Papæ, non ob id posset eis bellum inferri, et illorum bona occupari.

7. Sequitur corollarium, quod \* etiam si barbari nolint recognoscere dominium aliquod Papæ, non ideo potest eis bellum inferri, et bona illorum occupari. Patet, quia nullum tale dominium habet. Et confirmatur hoc manifes-

tienen análoga potestad temporal en sus diócesis respectivas y dentro de ellas, con el mismo alcance que el que disfruta el Papa con referencia a todo el orbe. Por consiguiente, obran mal y dicen peor los Príncipes y Magistrados que impidan y nieguen a los Prelados el derecho de apartar a los seglares del pecado mortal con penas pecuniarias, destierro u otros castigos temporales. Todo ello no se halla fuera de la competencia de su potestad mientras no lo verifiquen por avaricia o personal ambición, sino obligados por la necesidad y la ventaja de las cosas espirituales. Y de esto precisamente resulta un nuevo argumento; *ad absurdum*, en pro de nuestra primera conclusión; si el Papa fuera Señor del orbe, por esta razón cada Obispo lo sería también de su diócesis, porque en ella es Vicario de Cristo, al igual que el Papa en toda la Iglesia, y tal consecuencia la niegan, naturalmente, nuestros adversarios.

6. Cuarta conclusión: *El Papa no tiene potestad temporal alguna ni en estos bárbaros de que hablamos ni en los demás infieles.* Esto se deduce de nuestras conclusiones primera y tercera. Su potestad temporal se limita, atañe y es en orden de las espirituales, y como carece de potestad espiritual en los mismos, según resulta de la primera a los Corintios (5), texto antes citado, tampoco puede poseer potestad temporal alguna sobre los mismos.

7. De ello es corolario que *si los bárbaros no quieren reconocer dominio ni señorío alguno al Papa, éste no tiene derecho alguno a hacerles la guerra ni a apoderarse de sus bienes y territorios.* Es evidente que no tiene tal derecho ni dominio. Y se prueba esto muy fácil y

6. El Papa no tiene potestad temporal sobre los indios bárbaros ni sobre los demás infieles.

7. El no reconocer tales bárbaros dominio alguno al Papa no daría a éste ningún derecho a hacerles la guerra ni a ocupar los bienes de los mismos.

te. Nam (ut infra dicetur, et adversarii fatentur) dato quod barbari nolint recipere Christum pro domino, non tamen possunt bello peti, aut aliquo malo affici: absurdissimum est autem, quod ipsi dicunt, quod cum possint impune non recipere Christum, teneantur recipere Vicarium ejus, alias possint bello cogi, et spoliari omnibus bonis, imo et suppicio affici. Et confirmatur iterum, quia causa secundum istos: quare etiam si nolint recipere Christum, aut fidem Ejus, non possunt cogi, est, quia non potest eis evidenter probari per rationes naturales: sed multo minus potest probari dominium Papæ: ergo etiam non possunt cogi ad recognoscendum hoc dominium. Et Sylvest. quamvis latissime loquatur de potestate Papæ tamen in verbo *infidelis* (septimo) expresse tenet contra Hostiens. quod infideles non possunt bello cogi ad recognoscendum hoc dominium, nec hoc titulo possunt spoliari bonis suis. Et ita tenet Innocentius in dict. cap. *Quod super his*, de Voto. Et non est dubium quin S. Thom. sit hujus sententiæ 2. 2. q. 66. art. 8. ad 2. et Cajet. illic expresse, ubi dicit S. Thom. quod infideles non possunt apoliari suis bonis, nisi qui sunt subditi Principibus temporalibus, propter causas legum legitimas, propter quas etiam alii subditi possunt privari. Imo nec Saraceni in-

claramente. Pues, como se dirá luego y confiesan nuestros contrincantes, si los dichos bárbaros no quieren admitir a Cristo como a su Señor, no hay motivo por ello para hacerles la guerra, ni siquiera daño alguno. Pues sería absurdísimo lo que dicen nuestros contradictores de que, a pesar de su derecho a negarse impunemente a recibir a Cristo, estén obligados a recibir y sujetarse a su Vicario, so pena de sufrir la guerra y ser despojados de sus bienes y castigados. Se confirma, además, por la consideración de que puesto que el motivo de que no puede obligárseles a que reciban a Cristo y a su fe, está en que no se puede demostrar ésta por razones naturales, mucho menos ha de ser posible probarles de tal modo el dominio del Papa. Resulta, pues, que no puede forzárseles a reconocer tal dominio. Silvestre, que habla extensamente de la potestad del Papa, lo reconoce en la palabra *infidelis* (7.<sup>o</sup>), contra el Hostiense, y dice que no puede hacerse la guerra a los infieles para que confiesen tal dominio, y que, por lo tanto, por este título no pueden los infieles ser despojados de sus bienes. Y lo mismo opina Inocencio en dicho capítulo *Quod super his*, título *De voto* (*Decretales*, 3, 34, 8). Y no cabe duda de que Santo Tomás es de la misma opinión (II, 2.<sup>a</sup>, cuestión 66, art. 8.<sup>o</sup>, objeción 2.<sup>a</sup>). Cayetano está terminante, al comentar este aserto de Santo Tomás, afirmando que los infieles no pueden ser despojados de sus bienes, a no ser que, siendo ya súbditos de los Príncipes temporales cristianos, den a ello lugar por otras causas legítimas, según las leyes, aplicables también a todos los demás súbditos de los mismos. Es bien cierto que los Sarracenos que

ter Christianos unquam isto titulo fuerunt spoliari suis bonis, aut aliquo incommodo affecti. Nam si iste titulus est sufficiens ad inferendum eis bellum, hoc tantundem est, ac si quis dicat, quod ratione infidelitatis possunt spoliari: ergo omnino est sophisticum, quod isti Doctores dicunt, quod si infideles recognoscunt dominium Romani Pontificis, non possunt bello infestari, bene autem si non recognoscunt. Nullus enim recognoscit.

Ex quo patet, quod nec iste titulus est idoneus contra barbaros, vel quia Papa dederit provincias illas tanquam dominus absolute, vel quia non recognoscunt dominium Papæ, habent Christiani causam justi belli contra illos. Et hanc sententiam tenet Cajetan. late II, 2. q. 66. art. 8. ad 2. Nec authoritas Canonistarum in contrarium multum debet movere: quia (ut supra dictum est) hæc tractanda sunt ex jure divino, et plures, et majores contrarium tenet, inter quos etiam est Joann. Andr. nec habent pro se aliquem textum, nec etiam gravis authoritas Archiepisc. Florent. hoc loco recipien-

viven entre los Cristianos no son jamás privados, por la razón que aquí se alega, de sus pertenencias, ni se les sujeta por ella a vejamén alguno. Pues si por esta causa se les pudiera declarar la guerra, habría razón sobrada para efectuar su expoliación. Es cosa bien cierta y notoria que ningún infiel reconoce tal dominio del Papa y, sin embargo, ningún Doctor (sin excluir a los que figuran entre nuestros adversarios) se atreve a decir que por el solo motivo de infidelidad hay derecho a expoliarlos, y de ello se infiere que es un puro sofisma la criticada doctrina. Afírmase por ella que si tales infieles reconocieren el dominio del Soberano Pontífice, no puede hacérseles la guerra, pero si si no la reconocen. ¡No hay ninguno que la reconozca!

De todo lo dicho resulta que este título no es valedero frente a los bárbaros, y que los Cristianos no tienen por él causa para hacerles una guerra justa, tanto si quiere fundar en que el Papa les dió tales provincias, como dueño absoluto de ellas, como si se quiere razonar en que dichos bárbaros no reconocen tal soberanía en el Pontífice. De esta nuestra opinión es Cayetano, que, por cierto, la explica extensamente en la II, 2.<sup>a</sup>, cuestión 66, art. 8, a la objeción 2.<sup>a</sup>. Y no nos ha de importar mucho la autoridad de los Canonistas en sentido opuesto, porque, como hemos dicho antes, estas cuestiones deben tratarse por el derecho divino, y la mayoría de los que así lo hacen, en número y calidad, opinan contra ellos y como nosotros; sirva de ejemplo Juan Andrés. Ellos no tienen texto alguno que los ampare, ni hay que aceptar en esta ocasión la autoridad, por otra parte importante y respetable, del Arzobispo de Florencia,

da est, secutus est enim August. Anch. sicut alias solet sequi Canonistas. Ex dictis patet, quod Hispani cum primum navigaverunt ad terras barbarorum, nullum jus secum adferebant occupandi provincias illorum.

*Et ideo alius titulus est*, qui potest prætendi in jure inventionis, nec alius titulus a principio prætendebatur: et hoc solo titulo primo navigavit Columbus Januen. Et videtur quod hic titulus sit idoneus, quia illa, quæ sunt deserta, fiunt jure gentium et naturali occupantis. Institut. de Rerum division. § *Feræ bestiæ*. Ergo cum Hispani fuerint primi, qui invenerint, et occupaverint illas provincias, sequitur quod jure possident, sicut si solitudinem inhabitatam hactenus invenissent.

*Titulos 3. impugnatur.*—Sed de isto titulo, qui tertius est, non oportet multa verba facere: quia ut supra probatum est, barbari erant veri domini, et publice, et privatim. Jus autem gentium est, ut quod in nullius bonis est, occupanti concedatur: ut habetur expresse in dict. § *Feræ bestiæ*. Unde cum illa bona non carerent domino, non cadunt sub illo titulo. Et sic licet iste titulus cum alio aliquid facere possit (ut infra dicetur) tamen per se nihil ju-

porque aquí siguió a Agustín de Ancona, que, en este lugar como en otros, pisó las huellas de los Canonistas. Por todo lo cual es evidente que cuando los Españoles navegaron a aquellas tierras de los bárbaros no llevaban consigo derecho ni título alguno de esta clase para ocuparles sus provincias.

Hay otro pretendido *tercer título* que ha podido ser alegado, y al principio fué el único que se ostentó: el derecho de hallazgo o de descubrimiento. Con él sólo se hizo a la mar el primero Cristóbal Colón, el Genovés. Se dice que es adecuado, porque las cosas que están desiertas y vacantes pertenecen, por el derecho de gentes y por el natural, al primero que las ocupa, según la *Instituta De rerum divisione*, § *Ferae bestiae* (I, II, 1, 12). Y como los Españoles fueron los primeros que encontraron y ocuparon dichas provincias, resulta, se concluye, que las poseen con derecho, del mismo modo que si se hubiese descubierto y encontrado una selva inhabitada hasta entonces.

Se *impugna el título tercero*. No es necesario para discutir este título emplear muchas palabras, ya que antes hemos probado que dichos bárbaros eran entonces verdaderos dueños, tanto pública como privadamente. Es de derecho de gentes que las cosas que no son de nadie sean concedidas al ocupante, según dice expresamente el citado § *Ferae bestiae*; pero como dichos bienes no carecían de amo, no pueden ser comprendidos en este título. Tal título, combinado con otro puede tener mérito, como luego veremos; pero en sí mismo y aisladamente no puede fundar la posesión de los Españoles, del mismo modo que no podría fun-

vat ad possessionem illorum, non plusquam si illi invenissent nos.

Et ideo quartus titulus prætenditur, quia sci-  
liet nolunt recipere fidem Christi, cum tamen  
proponatur eis, et sub obstentationibus admo-  
neantur, ut recipient: et videtur quod iste ti-  
tulus sit legitimus ad occupandas terras bar-  
barorum. Primo, quia barbari tenentur reci-  
pere fidem Christi, quia: *Qui crediderit, et bap-*  
*tizatus fuerit, salvus erit; qui vero non credi-*  
*derit, condemnabitur.* Nullus autem condemna-  
tur nisi pro mortali. Et Actor. 4. *Non est aliud*  
*nomen datum hominibus, in quo oporteat nos*  
*salvos fieri.* Cum ergo Papa sit Minister Chris-  
ti, saltem in spiritualibus, videtur quod saltem  
authoritate Papæ possent cogi ad recipiendam  
fidem Christi: et si requisiti nolint recipere,  
jure belli possit agi contra eos. Imo videtur,  
quod etiam Principes sua authorite hoc pos-  
sint, quia sunt Ministri Dei (1): *Et vindices*  
*in iram eis, qui male agunt.* Isti autem pessi-  
me agunt, non recipientes fidem Christi: ergo  
possunt cogi a Principibus. Secundo, quia si  
Galli nollent obœdire regi suo, posset Rex His-  
paniæ cogere illos ut obœdiren: ergo si nolunt  
obœdire Deo, qui est verus et supremus Do-  
minus, possunt Principes Christiani cogere

---

(1) Ad Rom. 13.

dar la de los bárbaros en el territorio español, si ellos nos hubiesen descubierto a nosotros.

Se pretende luego como cuarto título el de que es sabido que dichos bárbaros no quieren recibir la fe de Cristo, a pesar de que con toda ostentación se les amonesta para que la reciban, de lo cual se infiere, según esta argumentación, que por este motivo es legítima la ocupación de sus tierras. Primero, porque los bárbaros están obligados a recibir la fe de Cristo, pues *el que creyere y se bautizare se salvará; pero el que no creyere, será condenado* (San Marcos, 16, 16). Y nadie es condenado sino por causa de un pecado mortal. Y dicen las Actas de los Apóstoles (4, 12): *No se ha dado a los hombres otro nombre por el cual debamos salvarnos*. Y como el Papa es el principal Ministro de Cristo, sobre todo en las cosas espirituales, resulta que, sin duda alguna, por autoridad del Papa pueden dichos bárbaros ser impelidos a recibir la fe de Cristo, y si requeridos no quieren recibir la fe, se puede obrar contra ellos por el derecho de la guerra. Prosiguen diciendo que además los Príncipes pueden hacerla por su autoridad propia, ya que son también Ministros de Dios, *Ministros tuyos para ejercer la justicia, castigando al que obre mal* (a los Romanos, 13, 4). Tales bárbaros obran pésimamente al no recibir la fe de Cristo; luego pueden ser obligados a ello por los Príncipes cristianos. En segundo lugar, se arguye que si los Franceses no quisieren obedecer a su Rey, podría el Rey de España forzarles a que lo hicieran, ¿cómo, tratándose de los que no quieren obedecer a Dios, que es el verdadero y supremo Dueño, no han de poder los Príncipes cristianos obligar a tales bárbaros

illos barbaros, ut obedient. Non enim videtur quod debeat esse pejoris conditionis causa Dei, quam hominum. Et confirmatur: Quia sicut arguit Scotus 4. dist. 4. q. 9. *de pueris infidelium baptizandis*, potius debet aliquis cogi ad obediendum domino superiori, quam inferiori. Si ergo cogi possent barbari ut obedient Principibus suis: ergo multo magis ut obedient Christo, et Deo.

Tertio, quia si blasphemarent publice Christum, possent bello cogi ut desisterent ab hujusmodi blasphemias, ut Doctores concedunt, et verum est. Possemus enim bello persequi, si uterentur Crucifixo ad irridendum, vel quocumque modo abuterentur ad ignominiam rebus Christianis, ut fingentes ad illusionem Sacra-menta Ecclesiae, vel aliquid simile. Quod etiam patet. Nam si facerent injuriam Regi Christiano, etiam defuncto, possemus vindicare injuriam: multo ergo magis si faciant injuriam Christo, qui est Rex, et Dominus Christianorum. Nec de hoc est dubitandum, quia si Christu viveret inter mortales, et pagani facerent Ei injuriam, non est dubium quin possemus bello persequi injuriam: ergo etiam nunc. Sed majus peccatum est infidelitas, quam blasphemia, quia ut S. Thom. dicit, et probat 2. 2. q. 10. art. 3. infidelitas est gravissimum inter peccata, quæ contingunt in per- versitate morum, quia opponitur directe fidei,

a que le obedezcan? Pues no ha de ser peor condición la causa de Dios que la de los hombres. Y lo quieren confirmar, además, en que, según dice Escoto en el libro IV, distinción 4.<sup>a</sup>, cuestión 9.<sup>a</sup>, *De pueris infidelium baptizandis*, que las personas deben ser mayormente compelidas a obedecer al dueño superior que a los inferiores, y así, si pueden ser forzados los bárbaros a obedecer a sus Príncipes, mucho más se les puede obligar a que se sometan a Cristo y a Dios.

Además, observan que si los bárbaros blasfemaren públicamente de Cristo, se podría hacerles la guerra para obligarles a que desistieran de semejantes blasfemias. Lo afirman los Doctores, y es verdad. Podríamos perseguirles con la guerra si utilizaren el Crucifijo para mofarse de él o de cualquier modo hicieran ignominia de las cosas de los Cristianos, tales como parodias de los Santos Sacramentos u de otras cosas sagradas semejantes. Paréceles asimismo evidente que, puesto que si se injuria a un Rey cristiano difunto, podríamos todos vengar la ofensa hecha a su memoria, mucho más hemos de poder efectuarlo con los que hacen la injuria a Cristo, que es el Rey y Señor de todos los Cristianos. Tampoco cabe dudar de que si Cristo viviera entre los hombres y los paganos le ofendiesen, sin reparo alguno podríamos los Cristianos vengar tal injuria con la guerra. Lo mismo, prosiguen, hemos de poder hacer ahora. Pues bien, continúan, es mayor pecado la infidelidad que la blasfemia, pues, como Santo Tomás dice y prueba (II, 2.<sup>a</sup>, cuestión 10, art. 3.<sup>o</sup>), la infidelidad es un pecado gravísimo en el género de la perversidad en los actos, porque se opone directamente a la fe y;

et blasphemia non opponitur directe fidei sed confessioni fidei. Infidelitas etiam tollit principium conversionis in Deum, scilicet fidem, non autem blasphemia. Si ergo pro blasphemia in Christum possunt Christiani bello persequi infideles: ergo pro ipsa infidelitate. Et confirmatur. Quod blasphemia non sit ita magnum peccatum, sicut infidelitas. Quia pro infidelitate est pœna capitales Christiano per leges civiles, non autem pro blasphemia.

8. *Barbari, an priusquam aliquid audissent de Fide Christi, peccarent peccato infidelitatis, eo quod non crederent in Christo*

8. *Resp. et impug. 4. tit.*—Pro responsione sit prima propositio: *Barbari \* priusquam aliquid audissent de fide Christi, non peccabant peccato infidelitatis, eo quod non crederent in Christum.* Hæc propositio et ad litteram S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 1. ubi dicit, quod apud eos, qui nihil audierunt de Christo, infidelitas non habet rationem peccati, sed magis pœnæ, quia talis ignorantia divinorum, ex peccato primi parentis secuta est. *Qui autem (inquit) sic sunt infideles, damnatur quidem propter alia peccata, sed non propter peccatum infidelitatis.* Unde Dominus dicit, Joann. 15. *Si non venissem, et loquutus eis non fuisset, peccatum non haberent.* Quod exponens Augustinus dicit, quod loquitur de illo peccato, quo non crediderunt in Christum. Idem videtur dicere S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 6. et q. 34. artic. 2. ad 2.

Hæc propositio est contra multos Doctores, et primo contra Altisiod. 3. part. in. q. *Utrum fidei possit subesse falsum,* ubi dicit,

por lo tanto, es mayor pecado que la blasfemia, que no va directamente contra la fe, sino contra su confesión. La infidelidad impide de raíz la conversión a Dios, que es la fe, y tal no hace la blasfemia. Así, pues, acaban diciendo, si por blasfemar de Cristo pueden los Cristianos perseguir con la guerra a los infieles, mayormente han de poder hacerlo a causa de la infidelidad misma, y confirma que ésta es mayor pecado que la blasfemia el que entre los Cristianos se castiga con la pena capital a la infidelidad y no a la blasfemia.

8. *Se responde y se impugna al cuarto título.* Servirá de respuesta la primera proposición siguiente: *Los bárbaros, antes de que alguien les hubiere hablado de la fe de Cristo, no cometían el pecado de infidelidad por no creer en Cristo.* Esta proposición está tomada literalmente de Santo Tomás (II, 2.<sup>a</sup>, cuestión 10, art. 1.<sup>o</sup>), donde dice que en aquellos que nada oyeron de Cristo la infidelidad no tiene por causa el pecado, sino que es motivada en la pena, pues tal ignorancia de las cosas divinas es sólo consecuencia del pecado de los primeros padres. *Porque, dice, si son así infieles, serán condenados por el pecado de otros, pero no por el de infidelidad.* Por esto dice el Señor en San Juan (15, 22): *Si yo no hubiera venido y no les hubiere predicado, no tuvieran culpa de no haber creído en mí.* Y exponiendo este texto, dice San Agustín que se trata aquí del pecado de los que no creyeron en Cristo. Y lo mismo resulta que afirma Santo Tomás (II, 2.<sup>a</sup>, cuestión 10, artículo 6, y cuestión 34, art. 2.<sup>o</sup> a la 2.<sup>o</sup>).

Esta proposición es contraria a la opinión de muchos Doctores, y el primero de ellos Altisiodoro (3.<sup>a</sup> parte en la cuestión *Utrum fideai*

8. Si dichos bárbaros, antes de enterarse de la fe de Cristo, pecaron por el pecado de infidelidad de no creer en Cristo.

quod non potest aliquis habere ignorantiam invincibilem, non solum Christi, sed cujuscumque articuli fidei: quia si faciat quod in se est, Dominus illuminabit, sive per Doctorem intrinsecum, sive extrinsecum: et sic semper est peccatum mortale credere aliquid contrarium articulis fidei. Ponit exemplum de vetula, cui Episcopus prædicaret aliquid contra fidei articulum. Et generaliter dicit, quod ignorantia juris divini neminem excusat. Eadem fuit opinio Guillelmi Parisiens. qui eodem modo argumentatur. Vel enim talis facit quod in se est, et illuminabitur: si non facit, non excusatur. Et in eadem sententia videtur fuisse Gerson. de Spirituali vita animæ, lect. 4. *Concors (inquit) est sententia Doctorum, quod in his, quæ sunt juris divini, non cadit ignorantia invincibilis, quantum facienti quod in se est, Deus semper assistat paratus illustrare mentem, quantum oportebit ad salutem, et erroris evitatem.* Et Hugo de Sancto Victore lib. 2. part. 9. cap. 5. dicit neminem excusari per ignorantiam a præcepto baptis- mi suscipiendi: quia nisi sua culpa obstiterit, audire et scire poterit, ut exemplum est de Cornelio Act. 10. Hanc sententiam et opinionem limitat Adrian. in Quodlibet. q. 4. *Ea (inquit) quæ sunt juris divini, sunt in duplice differen- tia. Quædam sunt, ad quorum scientiam Deus non obligat omnes universaliter, ut sunt apicis*

*possit subesse falsum*), que afirma que no es posible que nadie tenga ignorancia invencible, no sólo con respecto a Cristo, sino ni siquiera en relación a artículo alguno de la fe, porque si el hombre hace lo que está de su parte, le iluminará Dios, ya por medio del Doctor interior (la conciencia), ya por otro exterior, de lo cual resulta que siempre es pecado, según él, creer algo contrario a los artículos de la fe. Y pone por ejemplo el de una vieja a la cual un Obispo le predicare algo en contra de los artículos de la fe. Y establece como principio general que la ignorancia del derecho divino a nadie excusa. De su misma opinión fué Guillermo de París, que argumenta del mismo modo: el que hace lo que está en sí, será iluminado; el que no lo hace, carece de excusa. Y sigue la misma doctrina Gerson, que dice en la lección 4.<sup>a</sup> de su obra *De spirituali vita animae*, lo que sigue: *Los Doctores están unánimes en enseñar que en materias que pertenecen a la ley divina no cabe la ignorancia invencible, porque cuando se hace lo que está en sí Dios está siempre preparado a ayudar a la ilustración del entendimiento para lo que sea necesario a la salvación y redimir del error.* Y Hugo de San Víctor (libro II, parte 9.<sup>a</sup>, cap. V) dice que nadie puede ser excusado por ignorancia en la infracción del precepto de recibir el bautismo, porque si no se obstina por su culpa y voluntad podrá saber y ver, y el ejemplo se halla en Cornelio (Actas de los Apóstoles, 10). Concreta estas opiniones y doctrinas Adriano en sus *Quodlibeta*, cuestión 4.<sup>a</sup>. Razona así: *Las cosas que pertenecen a la ley divina son de dos clases. Unas, aquellas con respecto a cuyo conocimiento no obliga Dios universal-*

*juris divini, et difficultates circa illud, et circa Scripturam sacram, et præcepta: et circa hæc bene potest cadere ignorantia invincibilis, etiam si quis faciat totum quod in se est. Alia sunt, ad quorum scientiam Deus generaliter obligat omnes, ut articuli fidei, præcepta universalia legis: et de his est verum, quod Doctores dicunt, quod non potest quis excusari per ignorantiam. Si enim quis faciat quod in se est, illuminabitur a Deo per Doctorem interiorem, vel exteriorem.*

Sed nihilominus conclusio posita videtur expresse de intentione S. Thom. Et probatur: Tales, qui nunquam audierunt quicquam quantumcunque sint alias peccatores, ignorant invincibiliter: ergo talis ignorantia non est peccatum. Antecedens patet ex illo ad Rom. 10. Quomodo credent, nisi audiant: quomodo autem audient sine prædicante? Ergo si non est eis prædicata fides, ignorant invincibiliter, quia non possunt scire. Neque Paulus condemnat infideles, quia non faciunt quod in se est, ut illuminentur a Deo: sed quia cum audissent, non crediderunt. *Numquid (inquit) non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum.* Ex hoc condemnat illos, quia in omnem terram fuit prædicatum Evangelium,

mente a todos los hombres. Tales son los que se refieren a los fundamentos del derecho divino y las dificultades acerca del mismo, y también la Sagrada Escritura y sus preceptos. En lo que toca a ellas, se puede muy bien caer y estar en ignorancia invencible, aunque se ponga de su parte todo lo que está en sí. Las otras son aquellas a cuyo conocimiento obliga Dios universalmente a todos los hombres, y son los artículos de la fe, que son preceptos de la general ley. Con respecto a ellos, es verdad lo que los Doctores afirman que nadie puede excusarse por ignorancia. Porque cualquiera que haga lo que está de su parte será iluminado por Dios, por el Doctor interior o uno exterior.

Sin embargo, a pesar de todo ello, la proposición nuestra se deduce expresamente de la opinión de Santo Tomás. Lo probaremos. Los que no han oído nada nunca, aunque sean pecadores por otros conceptos, ignoran invenciblemente, y tal ignorancia no es pecado. Y lo que antecede resulta de las palabras de la Epístola a los Romanos (10 a 14): *¿Cómo creerán en él si de él nada han oido hablar, y cómo oirán hablar de él, sino se les predica?* Luego aquellos a quienes no les ha sido predicada la fe, ignoran invenciblemente, porque no pueden saber. Y San Pablo no condena a los infieles que no hagan lo que está en sí para ser iluminados por Dios, sino únicamente a aquellos que habiendo oido no creyeren en él. Por esto pregunta el Apóstol: *¿Pues qué, no lo han oido ya? Si ciertamente su voz ha resonado en toda la tierra!* Y el fundamento de su condenación está en el hecho de que el Evangelio ha sido promulgado en toda la tierra, de otro modo, si esta promulgación no hubiera existido, y donde no

alias non condemnaturus quantumcunque haberent alia peccata.

Unde etiam decipitur Adrianus in alio punto circa materiam de ignorantia. Dicit enim in eodem quodlib. quod etiam in materia morum si quis adhibet omnem industriam, et diligentiam ad sciendum ea quæ oportet, non satis est ad excusationem ignorantiae, nisi per contritionem peccatorum disponat se ad hoc, ut illuminetur a Deo: ut si quis dubitat de aliquo contractu, et quærerit a viris doctis, et alias laborat ad sciendum veritatem, et putat esse licitum: si forte non est lictus, et exercet, non excusatur, si forte alias est in peccato, quia non facit totum quod in se est ad vincendum ignorantiam, et licet stet, quod etiam si disponat se ad gratiam, non illuminetur: tamen non excusatur, nisi tollat hoc impedimentum, scilicet peccatum. Unde si de eodem casu, et contractu Petrus, et Joannes dubitant, et faciunt æqualem diligentiam humanam, et uterque putat esse licitum: Petrus autem est in gratia, Joannes in peccato: Petrus habet ignorantiam invincibilem, Joannes vincibilem: et si uterque exerceat contractum, Petrus excusatur, Joannes non excusatur. Fallitur inquam in hoc, sicut a me disputandum est late prima secundæ, in materia de ignorantia. Mirabile enim esset dicere, quod in nulla materia juris divini posset habere ignorantiam invincibilem infide-

hubiera existido no les condenaría, aunque tuviesen cualquier otra clase de pecados.

Además, Adriano se equivoca en otro punto respecto a la ignorancia. Afirma en el citado *Quod libeta* que en materias de moral no basta que un hombre ponga todos sus sentidos y diligencia para enterarse de lo que ha de hacer, sino que para excusar su ignorancia es necesario que por la contrición de sus pecados se disponga y prepare a ser iluminado por Dios. De modo que si alguien duda acerca la licitud de un contrato, después de haber preguntado a varios Doctores y trabajado por otros medios para saber la verdad, se convence de que es lícito, y en realidad no lo es; si lo hace, no queda excusado, si se halla en pecado por otro motivo, en virtud de que no ha hecho lo necesario para vencer la ignorancia. Como no se ha preparado para la gracia, no está iluminado, y de ello se infiere que no podrá ser excusado si no quita primero el estorbo, que consiste en su pecado. Y así, si tratándose del mismo caso y contrato dudan a la vez Pedro y Juan y los dos emplean por igual la misma diligencia humana para enterarse de su licitud, y han llegado ambos al mismo convencimiento de que es lícito; si lo hacen, si Pedro está en gracia y Juan en pecado, la ignorancia de Pedro es invencible y la de Juan vencible. Así, pues, al meterse los dos en el contrato prohibido, Pedro será excusado, y Juan, no. Adriano se equivoca aquí, como yo he demostrado ampliamente en la primera, segunda de Santo Tomás, al tratar de la ignorancia. Es maravilloso y estupendo el afirmar que en ninguna materia de derecho divino puede existir ignorancia invencible para los infieles y para cualquiera que se halle en

lis, imo quicumque est in peccato mortali. Imo sequitur, quod ille Petrus, qui erat in gratia, et ignorabat invincibiliter aliquid circa usuram aut simoniam, solum per hoc quod caderet in mortale, illa ignorantia fieret vinebilis, quod absurdum est.

9. Ignorantia ad hoc quod aliqui imputetur, et sit peccatum, vel vinebilis quid requiritur, et quid de ignorantia invencibilis.

9. Unde dico, quod \* ad hoc, quod ignorantia imputetur, et sit peccatum, vel vinebilis, requiritur negligentia circa illam materiam, puta, quia noluit audire, vel auditum non credidit: et e contrario ad ignorantiam invincibilem satis est, quod fecerit humanam diligentiam ad sciendum, etiam si alias sit in mortali. Unde quantum ad hoc idem est judicium de existenti in peccato, et de existenti in gratia nunc et statim post adventum Christi, vel post passionem Ejus. Nec possit Adrianus negare, quin paulo post passionem Domini, Judæi qui erant in India, vel Hispania, ignorarent invincibiliter passionem Domini, quantumcunque essent in mortali, imo expresse hoc ipse concedit in 1. q. ad 4. in materia de observantia legalium. Et certum est, quod Judæi absentes a Judæa, sive essent in peccato, sive non, habebant ignorantiam invincibilem de Baptismo, aut de Fide Cristi. Sicut ergo tunc poterat cadere ignorantia vinebilis de hoc, ita et nunc apud eos, apud quos non est facta annuntiatio de Baptismo. Sed in hoc decipiuntur isti Doctores, quia putant, quod si ponamus ignorantiam invincibilem de Baptismo, aut Fide Christi, quod statim consequitur, quod

pecado mortal. Pues de ello se sigue que en el ejemplo puesto aquel Pedro, que estaba en gracia, podía tener invencible la ignorancia, en materias de simonía o usura, pongamos por caso; mas tal ignorancia se mudaría en vencible por el hecho de caer en pecado mortal. Esto es sencillamente absurdo.

9. Lo que yo digo es que para que la ignorancia sea pecado, es decir, vencible, se requiere que haya negligencia en la materia, es decir, que no se haya querido oír o que, habiendo oído después, no se crea. Para que exista ignorancia invencible basta que se haya empleado la diligencia humana necesaria para enterarse y no teniendo nada que ver el que por otros motivos se esté en pecado mortal. Y lo que decimos se refiere tanto a los que están en gracia como a los que están en pecado; y tanto a los tiempos actuales como a los inmediatos a la venida de Cristo y a su Pasión. No podría negar Adriano que en el tiempo inmediato a la Pasión los Judíos que se hallaran entonces en las Indias o en España, ignoraban invenciblemente tal Pasión del Señor, aunque tuvieran todos los pecados mortales que puedan tenerse, y esto lo confiesa expresamente en la 1.<sup>a</sup> cuestión a la 4.<sup>a</sup>, en la materia *De observantia legalium*. Porque es ciertísimo que los Judíos ausentes entonces de Judea estaban en ignorancia invencible, tanto con respecto al Bautismo como acerca de la fe en Cristo. Así como entonces en ellos existía esta ignorancia, hay que admitirla también hoy en aquellos a los cuales no se les haya anunciado jamás el Bautismo. Así, pues, se engañan los Doctores que nos acusan de decir que sea posible la salvación sin el Bautismo o la fe en Cristo, porque de lo que nos-

9. Cómo debe de ser la ignorancia para que sea vencible y que sea la ignorancia invencible.

possit aliquis salvari sine Baptismo, aut Fide Christi: quod tamen non sequitur. Barbari enim ad quos non pervenit annuntiatio Fidei, aut Religionis Christianæ, damnabuntur propter peccata mortalia, aut idolatriam, sed non propter peccatum infidelitatis, ut dicit S. Thomas 2. 2. ubi supr. quod si facerent quod in se est, bene vivendo secundum legem naturæ, ita est, quod Dominus provideret, et illuminaret illos circa nomen Christi: non ideo tamen sequitur, quod si male vivant, imputetur eis ad peccatum ignorantia, aut infidelitas circa Baptismum, et Fidem Christianam.

10. Barbari, an ad nuntium primum Fidei Christianæ teneantur credere, ita quod peccent mortaliter non credentes Christi Evangelium, salutem per simplicem annuntiationem, etcétera.

10. Secunda propositio: *Barbari \* non ad primum nuntium Fidei Christianæ tenentur credere ipsum, ita quod peccent mortaliter, non credentes solum per hoc, quod simpliciter annuntiatur eis, et proponitur, quod vera Religio est Christiana, et quod Christus est Salvador, et Redemptor mundi, sine miraculis, aut quacunque alia probatione, aut suasione.* Probatur hæ conclusio ex prima. Si enim antequam aliquid audissent de Religione Christiana, excusabantur, non obligantur de novo per hujusmodi simplicem propositionem, et annuntiationem, cum talis annuntiatio nullum sit argumentum, aut motivum ad credendum. Imo, ut Cajet. ait 2. 2. quæst. 1. art. 4. temere, et imprudenter quis crederet aliquid, maxime in his, quæ spectant ad salutem, nisi cognoscat a viro fidedigno illud asseri, quod barbari non cognoscunt, cum ignorant qui, aut quales sint, qui eis

otros sostenemos no se deduce tal consecuencia. Lo que afirmamos es que los bárbaros a los cuales no ha llegado el anuncio de la Fe o de la Religión Cristiana podrán haberse condenado por sus pecados mortales o por la idolatría, pero nunca por el pecado de infidelidad, pues, como dice Santo Tomás (II, 2.<sup>a</sup>, lugar citado más arriba), en aquellos que hicieren lo que está en sí y viviendo bien, según la ley natural, Dios hubo de proveer en ellos, iluminándoles acerca el nombre de Cristo. Lo que rechazamos es que por el solo hecho de vivir mal tales bárbaros haya que imputárseles además el pecado de ignorancia o de infidelidad acerca el Bautismo y la Fe Cristiana.

10. Segunda proposición: *Dichos bárbaros no estaban obligados, al llegarles el primer anuncio de la Fe Cristiana, a creerla, de modo que pecaran mortalmente por no creer lo que simplemente se les anunciaba y proponía, de que la verdadera Religión es la Cristiana y que Cristo es el Salvador y Redentor del mundo, sin mediar ni existir al mismo tiempo milagros u otras pruebas y medios de convencimiento.* Esta conclusión se deduce ya de la primera proposición anterior. Pues si estaban excusados antes de oír cosa alguna acerca la Religión Cristiana, ni introducía novedad alguna en su situación la mera noticia o propuesta, ni una ni otra constituían ciertamente razones ni motivos para creer. Pues, como dice Cayetano (a la II, 2.<sup>a</sup>, cuestión 1.<sup>a</sup>, art. 4.<sup>o</sup>), sería temerario e imprudente, sobre todo en las cosas que atañen a la salvación, fiarse en lo que asegure cualquiera que no conste es varón fidedigno. Tales bárbaros no conocían, ciertamente, e ignoraban quiénes eran y cómo eran

10. Si los bárbaros, al recibir la primera noticia de la Fe Cristiana, estaban obligados a creer, so pena de pecar mortalmente y en virtud del simple anuncio

novam Religionem proponunt. Et confirmatur, quia ut ait S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 4. ad secundum argum. et art. 5. ad 1. ea quæ sunt fidei, sunt visa, et evidentia sub ratione credibilis. Non enim fidelis crederet nisi videret ea esse credenda, vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquod hujusmodi: ergo ubi neque hujusmodi signa, neque aliquod aliud ad persuadendum concurrit, non tenentur barbari credere. Et confirmatur, quia si simul Saraceni eodem modo proponerent barbaris sectam suam simpliciter sicut Christiani, non tenerentur eis credere, ut certum est: ergo nec Christianis sine aliquo motivo, et suasiones proponentibus, quia non possunt, nec tenentur divinare ultra sit verior Religio, nisi appareant probabiliora motiva pro altera parte. *Hoc enim esse cito credere, quod est levis corde*, ut dicit Ecclesiasticus cap. 19. Et confirmatur per illud (1): *Si signa non fecisset, etc., peccatum non haberent: ergo ubi nulla fiunt signa, neque motiva, nullum erit peccatum.*

11. Barbaris si simpliciter Fides annuntiatur et proponerentur, et nollent statim recipere, hac ratione non possint Hispani illis bellum inferre neque jure

11. Ex qua propositione sequitur \* *quod si solum illo modo proponatur Fides barbaris, et non recipiant, non hac ratione possunt Hispani inferre illis bellum, neque jure belli contra eos agere.* Patet, quia sunt innocentes quan-

(1) Joan. 15.

aquellos que les proponían una nueva Religión. Y esto queda confirmado por la consideración de que, como dice Santo Tomás (II, 2.<sup>a</sup>, cuestión 1.<sup>a</sup>, art. 4.<sup>o</sup> al 2.<sup>o</sup> argumento, y art. 5.<sup>o</sup> al 1.<sup>o</sup>), deben tales afirmaciones ser evidenciadas por razones y argumentos dignos de crédito. Porque el fiel cree, porque *juzga* ha de creer, ya en virtud de los signos vistos, ya por otros motivos semejantes. Pues, bien; del mismo modo y por la misma razón los dichos bárbaros no estaban obligados a creer, no existiendo tales signos o hechos semejantes que les persuadieran. Y esto queda confirmado, pensando lo que habría ocurrido si, al mismo tiempo que los Españoles, los Sarracenos hubiesen propuesto su secta a los indios dichos. Entonces, si nuestros compatriotas cristianos no ofrecían motivos ni prueba, ni los mahometanos tampoco, los tales bárbaros no podrían averiguar ni discernir cuál de las dos era la verdadera y cierta Religión, ya que para ellos no existirían motivos de mayor probabilidad en la una que en la otra. Pues *creer precipitadamente es de corazón ligero*, dice el *Ecclesiastes* (19, 4). Y se confirma por aquello de San Juan (15, 4): *Si yo no hubiese hecho entre ellos obras tales, etc., no tendrían culpa.* Por lo tanto, donde no se hicieron señales ni se ofrecieron motivos de credibilidad no existió pecado alguno en no creer.

11. Y de esto se sigue la proposición que *si la Fe se ha propuesto a los bárbaros del dicho modo y no la reciben y aceptan, los Españoles no pueden hacerles la guerra por tal motivo, ni obrar contra ellos, por el derecho de la guerra.* Notorio es que son inocentes respecto a

11. Por el mero hecho de que los bárbaros, al llegarles el primer anuncio de la fe cristiana, ni la recibieron ni la acataron en seguida, no pudieron los Españoles